



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio XXXI. Ad probandam Quadragenariam quid requiratur Animas ex
quibus dignoscatur. Territoria dicidere ad quem spectet. Jurisdictio
quomodo praescribatur, & an titulus possessioni debeat esse ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO XXXI.

Ad probandam Quadragenariam quid requiratur Animus ex quibus dignoscatur. Territoria dividere ad quem spectet. Jurisdictione quomodo praescribatur, & an titulus possessioni debeat esse conformis.

R.P.D. T A I A.

Beneventana Jurisdictionis.

Decis. 22. par. 24. recens.

Luna 12. Februarii 1663.

S U M M A R I U M.

- | | |
|---|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1 Ad Quadragenariam probandam sufficit titulus & bona fides contra praesumptionem & dispositionem juris. 2 Etiam si titulus, qui allegatur sit invalidus & putativus. 3 Possessio si pacifica sit, sufficit absque alio titulo. 4 Bona fides, quando est necessaria, sufficit, quod allegetur cum praesumatur. 5 Abrogationis causa, quando est generalis, extenditur etiam ad actus in abrogatione non expressos. 6 Amplius ut num. 6. 7 In enunciatorum constitutionum Apo- | <ol style="list-style-type: none"> stolicarum non potest fieri fundamentum, quando haec non motu proprio, sed ad supplicationem partis emanarunt. 8 Constitutiones ad supplicationem partis emanatae recipiunt vigorem, si sit verum, quod est in illis expressum. 9 Animus ex verbis & factis dignoscitur, & ex facto subsequente num. 10. 11 Ad Papam spectat territoria dividere. 12 Ad praescribendum sufficit titulus putativus. 13 Archidiaconus potest simpliciter consuetudine jurisdictionem praescribere. 14 Territorium ab Archidiacono sub Archie- |
|---|---|

- 15 *Monstruosum est duo capita inesse eidem corpori.*
- 16 *Titulus debet esse conformis, non dif-*
- formis possessioni.*
- 17 *Archidiaconus defertur a iure ad*
- piscopi vices supplendas.*
- 18 *Sine animo nemo acquirit.*

In decis 18. Aprilis præteriti DD. steterunt ex variis rationibus, concordatis
 men in hac unâ, quod D. Archidiaconi pro tempore prætensionem variâ
 primùm caperint affectare omni modam jurisdictionem in aliquibus castri
 re constitutione E. ccleiæ Beneventanæ editarum ann. 1535. deinde rejectâ hæc præ
 tentione multis Rotæ decisionibus convolarunt ad immemorabilem, quâ non
 renfione multis Rotæ decisionibus convolarunt ad immemorabilem, quâ non
 frangente dam de initio constaret, nemum confugerint ad centenariam, & postea
 Quadragenariam possessionem circa actus aliquos jurisdictionis particulares quon
 cumulativè saltem cum Reverendiss. Archiepiscopo sibi competere intendunt, sed
 neque hanc competere DD. visum est.

Et quamvis informantes pro Archidiacono deducerent, Testes & plures actus
 jurisdictionis exercitos in summ. num. 3. & num. 6. usque ad 10. ad probandam pos
 sessionem Quadragenariam cum titulo, & bonâ fide, quæ sufficit contra præsump
 tionem Juris, & ipsam quoque juris dispositionem cap. 1. vers. & si privilegium de pri
 2. ul. in 6. etiam si titulus qui allegaretur, esset invalidus & putativus & cap. 1. d. vers.
 & si privilegium. Abb. in cap. Auditis de præscrip. num. 8. & 12. & in decisione confirmat
 ra ab initio. possessionem verò fuisse semper pacificam, eo quod, non demonstra
 tur ulla prohibitio aut inhibitio factæ Archidiaconi pro tempore, immò ex hæc
 3. titulo. cap. ultimo. de offic. Archid. & ibi Abb. antiq. num. 7. & 8. Abb. Panor. vitan. num.
 7. vers. quidem sunt & segg. vers. caveat ergo Episcopus, Hostien. num. 8. 2. 4. & 24. Zab
 7. vers. quidem sunt & segg. vers. caveat ergo Episcopus, Hostien. num. 8. 2. 4. & 24. Zab
 And. num. 27. vers. caveat ergo Episcopus, & num. 33. & 34. Bellam. num. 13. vers. ubi
 & laudabilis consuetudo. Burr. num. 38. vers. quidem sunt.

Et cum his omnibus concurrere titulum fundatum in constitutionibus Eccl
 4. siæ Beneventanæ non abrogatis in totum, sed derogatis, quoad cognitionem cau
 sarum matrimonialium &c. ex decreto Sac. Conc. summ. num. 2. & bonam fidem,
 quatenus necessaria sit, quæ sufficit, quod allegetur cum præsum. tur. Rot. coram Co
 6. decis. 215. num. 4.

His tamen fundamentis corruiere visa sunt, quia titulus, & bona fides omninò
 necessaria sunt, & hic manifestè titulus deficit, abrogatis præfatis constitutionibus ut
 scandalosis juxta aliàs decisa in causa 13. Maji 1652. §. nec Archidiacono & 27. Junii
 1653. §. nec valet replicatio coram R. P. D. meo Zarate, & licet in abrogatione facta fuerit
 solum

solum mentio de causis matrimonialibus, & criminalibus & facultate examinandi, 5
tamen cum ratio & causa abrogationis sit generalis, extenditur ad quoscunque ceteros 6
ros & ceteros, praesertim quod in tota abrogatione non legitur ulla particula taxativa, & 6
multò minus potest titulus fundari in enunciativis constitutionum Apostolicarum, 7
cum hæc non motu proprio, sed ad supplicationem partis processerint Abb. ad cap. 8
inductum de decim. num. 48. Rota dec. 552. num. 11. Et 12. som. 3. par. 4. & optimà ratione, 8
quia illa verba sunt narrativa, & recipiunt conditionem si ita est inquit Abb. Et Rota
id. loci cum alijs in dec. confirmata sub §. his suppositis.

Corruit etiam probatio possessionis cumulativæ Archidiacono cum D. Archi-
episcopo; nam cum Domini Archidiaconi antecessores privativam præcisè habere
sontenderent non potest hodie successor uti his probationibus pro cumulativâ con-
tituti privativæ, in quâ articulantur antecessores privative possedisse, quoad D. Ar-
chiepiscopum, & habuisse privativè animum possidendi, cum animus ex verbis & 9
factis dignoscatur. Rota coram Manu. dec. 313. à n. 2. vers. Et quidem animus. Et coram
Caval. dec. 331. sub num. 1. & ex facto sublequuro melius quàm verbo. Rot. apud Posth. 10
de manur. dec. 225. num. 9. Et est coram Merlin. dec. 313. num. 3.

Et ad excluden. omnino titulum ex capite dd. constitutionum ultra supradicta
consideratum est, quod neque jure, neque de consuetudine induci potest quod info-
rior ab Episcopo habeat in eadem diœcesi Territorium, & ideo talis inferior allegans
titulum pro suâ jurisdictione quasi Episcopali tenetur exhibere privilegium conti-
nens separationem diœcesis à Papâ concessum, ad quem pertinet territoria dividere, 11
& diœceses assignare, Rot. in Toletana Iurisdictionis 21. Maji 1660. §. nec enim coram
R. P. D. meo Bevilacqua Et coram Buratt. dec. 508. num. 1. Et alij passim, Et in decif. con-
firmata §. attamen.

Nec refragatur quod ad præscribendum sufficiat titulus putativus; nam licet 12
sufficiat titulus putativus, intelligitur tamen, quando est iusto errore causatus inquit
Rota dec. 324. num. 8. par. 1. Lotter. de re Benef. quest. 24. num. 167. lib. 1. hic nihil con-
currit, quod possit titulum allegatum verisimiliter aliquo modo fundare.

Multò minus obstat, quod Archidiaconus non egeat titulo, eum simplici 13
consuetudine possit jurisdictione præscribere ad notatu per DD. in d. cap. final.
de offic. Archid. & ipse non intendat constituere separatim Territorium, &
distinctum ab Archiepiscopo, sed tantum sub Archiepiscopo, quod juri non repug- 14
nat & est præscripibile. Gratian. discip. 212. nu. 18. Rot. dec. 40. ab initio post Tam-
bur. de jur. Abbat.

Quia dicebant subterfugium hoc tanquam à facto omninò alienum non esse
admittendum, sicuti enim præfatæ confirmationes sub eadem diœcesi Beneventana
novum constituunt Territorium separatim, & distinctum ab Archiepiscopatu, ut
ex ejus lecturâ tribuendo eidem corpori duo capita, evidentem monstruositatem 15
Cano-



Canonibus exorsam, ut ait Rota d. decis. 324. num. 11. ita constat Archidiaconos
 per noluisse distinctam & separatam jurisdictionem ab Archiepiscopali exercere
 lamque non tanquam sub Episcopo, sed uti independentem articulasse & con-
 16 fuisse probare, ibi proinde everso, ac revoluto facto modo non sunt admittendi
 allegari. id cuius contrarium articularunt, pro ut in specie talis descensus ab omni
 moda jurisdictione ad quosdam particulares actus ex huiusmodi ratione fuit
 17 *causa d. Toletana Jurisdictionis 27. Januarii 1662. coram R. P. D. Levilaqua.*

Eadem responsione removetur quod dicitur d. *cap. final. de offic. Archid.* quod
 non negatur Archidiaconum tanquam Episcopi oculum destinatum esse a jure
 17 illius vices supplendas, & sic Prælati sublevandam sollicitudinem, ac consequenter
 facilius ex consuetudine & præscriptione posse in munere sibi de mandato con-
 18 yere; sed dicitur hoc non fuisse sue intentionis, sed affectasse in vim dictæ con-
 tra intentionem prætendi ad illam, cum non tam requiratur titulus & posses-
 quam etiam animus sine quo nemo acquirit vulgaris iuris.

Ex ita utraque &c.

DECISIO XXXII.

Episcopus habet de jure fundatam intentionem in ju-
 risdictione causarum civilium, criminalium,
 mixtarum, & matrimonialium, nisi in contra-
 rium adsit immemorabilis præscriptio, & quo-
 modo hæc præscriptio per Testes probetur.

R. P. D. MANZANEDO.

Mariscen, Jurisdictionis.

Veneris 26. Aprilis 1609.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopi habent ordinariam jurisdic-
 tionem in quibusvis causis.
- 2 Præscriptio immemorabilis ut dicuntur
 probata, quæ requirantur.
- 3 Testes

*F. in recepr.
 decis. 248.
 par. 2.*

Handwritten notes in the left margin, including 'K. E. T.' and other illegible characters.